

CLARISSIMO

POLONIAE BARONI, D. IOAN-

NI A' LASKO, DECANO ET

Administratori Gneznen. & c. HENRI-

CVS GLAREANVS, S. D.



INTER DISCIPLINAS
liberales, quæ citra controuersiam
plurimum adferunt utilitatis uitæ
mortalium, ornatissime uir, mea
quidem sententia præcipuus locus
debetur Geographiæ, non tantum
ob id, quod absq; hac cæca est omnis
ueterum authorum lectio, surda re-
rum gestarum narratio, uerum et-
iam quod in publicis consultatio-

nibus, inq; dirimendis controuersijs, quoties de ditionis finibus ambigunt principes, uel fideli consilio, uel æquo iudicio iuuat ciuitatem. Nihilò secius interim & in priuatis actionibus plurimum adferens & commoditatis, & uoluptatis. Eoq; priscis illis cæteræ disciplinæ disci solent, hæc etiam edisci: idq; protinus à teneris, ut aiunt, unguiculis. Hoc igitur opæ suscepì, partim quod uiderem fatali quadam calamitate, pessum ire quicquid est liberalium disciplinarum: partim quod hæc ars sic est à superioribus prædita, ut uel difficultate uulgus deterereant, uel rerum confusione, lectorem, nõ institutum huius disciplinæ principijs ita circumagant, ut semper discat, perdiscat nunquam, ne quid interim loquar de ijs, qui tradiderunt, quod ipsi non intellexerunt.

III XX X . D . M . MA . J A I O G